

de uno et dimidio mansis solvit et dat tres sollidos grossorum, medietatem in festo purificationis Mariae et residuum in festo Walpurgis, Conradus Ropschicz de uno manso duos sollidos grossorum et quatuor pullos, Johannes Dobran de uno manso duos sollidos grossorum, Nicolaus Ketan de uno cum dimidio mansis tres sollidos grossorum, Johannes Rodestog de uno et dimidio mansis tres sollidos grossorum, Jacobus Pauli de uno manso duos sollidos grossorum et quatuor pullos. Item in villa Prizser Heynricus Kruysphar de uno et dimidio mansis tres sollidos grossorum et sex pullos, Nicolaus in angulo de uno manso duos sollidos grossorum et quatuor pullos, medietatem eiusdem census in festis Michaelis et Walpurgis residuam partem annis singulis solvere tenebuntur. In quorum omnium testimonium et evidentiam firmiorem praesentes litteras scribi et nostri autentici sigilli fecimus appensione muniri. Datum et actum Misnae anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo tertio in vigilia beati Laurentii martyris et levitae, praesentibus et testibus venerabilibus et discretis viris dominis Jacobo de Kunczindorf Lubucensis, Gunthero Karas Wurczinensis canonicis, Hermanno de Nova Civitate et Gabriele de Nassow perpetuis vicariis Misnensis ecclesiarum et Johanne Mekol nostro prothonotario, pluribusque aliis fide dignis.

Et nos Heinricus praepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis praedictae, recognoscimus publice per praesentes praemissis permutationi, census et reddituum assignationi, unioni et appropriationi expressum nostrum adhibuisse et praesentibus adhibere consensum, — harum, quibus maius sigillum capituli nostri appensum est, testimonio litterarum¹⁾.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; die wenigen ganz unwesentlichen Abweichungen einer zweiten im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden befindlichen Ausfertigung (B) sind übergangen; an beidem Ex. sind die Siegel des Bischofs und des Capitels mit Pergamentstreifen befestigt.

1) Datum et actum ubi supra B.

No. 631. 1373. 14. Aug.

B. Conrad eignet dem Capitel testamentarischer Verfügung gemäss zu Verwendung im täglichen Almosen erkaufte Geldzinsen zu Mittelebersbach.

In nomine domini amen. Nos Conradus dei et apostolicae sedis gratia ecclesiae Misnensis episcopus etc. Dignum arbitramur etc. Hinc est quod tam praesentis quam futuri aevi hominibus volumus esse notum, quod honorabilis vir Reynhardus de Boula, natus de opido Hayn, nostrae ecclesiae canonicus de consensu et bona voluntate Nicolai et Johannis fratrum suorum et heredum ipsorum quatuor sollidos grossorum Vribergensium cum tribus grossis dictis artpfenninge, duos modios sili-ginis et duos modios avenae mensurae Radeburgensis, et unum pondus lini dictum eyne kloben vlachs, annui census siti in media villa et in pago villae Ebirspach districtus Drezdenensis, quem censum annis singulis solvit et solvere consuevit Petrus Piscator rusticus in dicta villa residens de uno manso agrorum, quem colit et possidet cum agris Thymonis tabernarii in parte superiori, in inferiori vero parte cum agris cuiusdam viduae dictae die Heynrichinne confrontante, medietatem eiusdem